

TAUTOLOGIA UNDECIMA. QUI LINGUA LAMBUERINT AQUAS.

Judic. 7. vers. 5.

EXPOSITIO LITERÆ.



ICE Theatrum alterius celeberrimi triumphi, à seculo non audit: & ambiguum, an insignior, digniorque fama, præterita Deborah atque Baraci victoria. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, mirificus, faciens prodigia, & ostendens sine ostentatione potentia; quandoquidem neque injuriâ commotus, neque scelere offensus, memor clementiæ, immemor injuriæ, perfidæ plebis corda gratijs continuis demulcet. Non retrahitur à donis, vel pectoribus ingratiss; cum post tot collata Israëlis, vel pectoribus ingratiss; novum edidit illustre miraculum, fovens studiosè quos inveniènt ingratos, & præcognovit futuros. Hac est summa magnificentiæ & munificentiæ. Quemadmodum (ait Seneca 1. de Benefic. cap. 10.) *curandum, ut in eos potissimum beneficia conferamus, qui gratè responsuri erunt; ita quedam, etiam si de illis male sperabitur, faciemus, tribuemusque, non solum si iudicabimus ingratos fore, sed si sciemus fuisse.* Excusit Dominus ab illorum collo iugum tyranni Iabin; & iterum ruetunt prociaciter in idola. Nulla servitus turpior, quam voluntaria: igitur minime servantes expertes periculi, pactum erga Hiperaspistem Deum, conversi sunt in arcum pravum, quo sagitta mittenda in hostem, retorquetur in mittentem. Ita rursus Dominus offensus, quos eripuerat de potestate Iabin, subegit in servitutem, tradens in manu Madian: verum enim verò uti misericors, mortificans & vivificans, deducens ad inferos & reducens, decrevit insigni miraculo salvare depressam plebem, præ dolore clamantem, sed nescio an præ crimine dolentem, per manum Gedeon, sicut pridem per Barac.

2 Victoria describitur à textu sacro. *Ingressus est Gedeon & trecenti viri, qui erant cum eo, in partem castrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & custodibus suscitatis, ceperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas: cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent: omnia castra conturbata sunt, & vociferantes, ululantesque fugerunt.* Ita à v. 19. Idem arbitror secundo contigisse, dum comprehendit Zebeè & Salmãna, & interfecit quindecim millia: igitur in textu dicitur cap. 8. v. 4. quod duntaxat trecenti viri, qui cum Gedeone erant, transierunt Jordanem, & lapsi: infraque v. 12. *Fugerunt Zebeè & Salmãna, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum: quem trecenti viri palam turbare nequibant, nisi stratagemate uteretur, sicut pridem.* Hac inventione cœlitus datâ (& à Michæle, de quo latè Didasc. 1.) quatuor reges cum exercitibus suis penitus delevit: siquidem personantibus tribus in locis tubis (singulis cohortibus centum) quæ signa multitudinis irruentis; ex clangore buccinarum excogitantes hostes copiarum copiam, seipos fugientes impediabant, & semel pavore confusi, obvios commilitones tanquam hostes trucidabant. *Exercitus maximi* (inquit Cicero pro Cæcina) *sæpe pulsus, fugatque sunt terrore ipso, impetueque hostium, sine cuiusquam non modo morte, sed etiam vulnere.* Sic tunc *Immisit Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant.* Deinde lux illa lampadum inopina non solum perstrinxit oculos, sed percussit animos, potissimum semiformium; ut suspicarentur in expeditionem congregatum totum Israël, & gravi armaturâ; vel pro illis cœlum pugnare, sicut sæpè contigerat; vel ita esse circumventos, ut nullibi esset effugium: quapropter præter quisque valebat, sibi consulebat, & gladio quærebant viam. Totum hoc

Summa gratia amoris favore ingratiss.

Senec.

Stratagemata Gedeonis.

Michael in straxit.

Cicer.

Ver. 12.

bel-

Bellum (si decus est falsis aliquid: ut ait Claudian. Mamert. Contra Poëtas, v. 20. quod ex sacro sumptum, ac ex vero fictum, ut amplius ex ficto rutilaret verum) describitur à Papi. Stat. 7. Thebaid. à vers. 118.

*Falso clamore tumultum
Anget, & arma virum, cursusque imitatur equorum,
Terribilemque vagas ululatum spargit in auras.
Exfluere animi, dubioque in murmure vulgus
Pendet. Ubi iste fragore ni fallimur auro; sed unde?
Hic pavor attonitis varioque per agmina vultus
Induitur. Nunc Piseis è millibus unus,
Nunc Pylius, nunc ore Læon, hostesque propinquos
Adiurat, turmasque metu consernit inani.
Nil falsum trepidis. Ut verò amentibus ipse
Incidit, & sacra circum fastigia vallis
Turbine prævectus rapido ter sustulit hastam:
Ter contorsit equos, clypeum ter pectore plausit:
Arma, Arma insani, sua quisque, ignotæque nullo
Movere rapit: mutant galeas, alienaque cogunt
Ad iuga cornipedes: ferus omni pectore sapit
Martis amor, cædisque nihil flagrantibus obstat.*

Stat.

3 Lumen igitur copiosum, repentinumque in castris semper suspectum, ut patet in *Lumen in Annibale interclulo & circumvento apud Plutarch. in eius vit. Annibal arguit a falaciâ frustratum in strato hoste, periculum evasit. Ad duo millia boum, ad se deducunt. Horum cornua facibus vinciri iubet: deinde quasdam idoneos deligit viros, qui sub primam vigiliam facibus incensis ad summos montes belluas concitent. Agitati boves ardentibus facibus, summa montium ceperunt. Romani re novâ perterriti, & insidias esse rati, subito ex opportunis locis Anibalis discessere. Idem refert in Fab. Maxim. Constat etiam ex colloquio Hectoris & Æneæ apud Euripid. in Rhes. à v. 87.*

*Quare nocturni in exercitû vigiles ad tua cubilia
Profecti cum terrore, conventum excitant?
Etiam turbatus est exercitus? Dolus occultus fruatur.
Per noctem? Munias armis tuum corpus.
Succendant per totam noctem faces ignis.*

Euripid.

Simili stratagemate vicit, tugavitque Mithridatem Magnus Pompeius. *Primum* (inquit Dio lib. 36.) *iudicines omnes ex composito simul bellicum cecinerunt: tunc milites & reliqua turba omnis conclamarunt, & illi quidem hastas aut pila ad seuta concutiebant: isti lapides ad area vasa. Retulimus stratagemata hic Tautolog. 8. n. 5. & 10. n. 19. Vide aliud inligne repente silvâ in castris factâ, apud Aimonium lib. 3. cap. 81. De Cæsare canit Lucan; 3. Pharsal. à v. 433. & Claudian. in 4. Consul. Honor. v. 344.*

Dio Cas.

Pompeij.

Silvâ si cadere provocat usus,

Ne pudeat sumpta quercum stravisse bipenni.

Claudian.

Ita factum legimus hic ab Abimelech & socijs pro expugnatione turris Sichem, cap. 9. vers. 43.

4 In Madianitarum exterminium non exercitus deligitur; sed milites, qui inter decem millia probantur ad potum: ex quibus bibentibus reliquis flexis genibus, toto spiriteu (Hispanicè: *De bruceis*) trecenti (manu adinstita concha; ad os lymphâ perductâ) quasi lambentes biberunt: hosque signatè seorsum separari iubet in facinus Deus: *Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum.* Et v. 7. *In trecentis viris, qui lambuerint aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.* Causa præfigitur à Domino v. 2. *Ne gloriatur contra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum: etenim si adhuc cum tot tantisque triumphis cœlitus partis; cæcipientes claudicaverunt à semitis; statim derelinquent Dominum, modò cogitent per se nactos fuisse triumphum.* Insignis fuit, ut videbimus: adduntque Rabbini in conspectu, seu potius Madianitarum fuga, omnes exultos fuisse, illas armis, sicut etiam accidit exercitui Sennacherib: qua de causa de triumpho Redemptoris cecinit Evangelicus Vates: *Sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian.* Imò adhuc, plansum in sua quærentes, fingunt intuitum Dei in trecentorum electione fuisse, ut cognoscerentur, qui ante Baal flexerunt genua: sicut quondam fecit Moyses cum filijs Israël, præbens eis vitulum in potum, ac in la-

Isai. 9. 4.

Exod. 32. 20

Aurum vitu

si in Iabij

adarentu,

labia aurum proferentibus gladius destinatus: igitur congruum erat, quod duntaxat potirentur triumpho, qui ante idolum perliterunt inlexo genu.

Altiqubus placuit, hos tantum formidolosos, ignavos & focordes fu esse; ideoque assumptos, ut gloriosior esset victoria, & clarius tribueretur Deo, cum infirma elegerit, ut confunderet fortia. Sic itaque aptatur historia in signum Christi Servatoris, ut mundus per Apostolos ei subiceretur, & fieret victoria sicut in die Madian, cum electi fuerint, qui bello inepti, Ita Procopius. Unde Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 8. *Iussit Deus (ait) ut*

An milites electi in triumphu de Madian, timidi Ioseph.

quot procumbentes biberent, eos viros fortes crederet: quotquot autem intrepidi, aut tumultuarie potum sumerent; sic existimaret, eos metu hostium hoc facere. Quod posteaquam ita ut iussus est, fecit; trecenti inventi sunt cum perturbatione aquam sumere, cavis manibus ori admovendo: imperavitque Deus, ut his assumptis hostem invaderet. Eandem cogitationem fovet Theodoretus hic quaest. 15. ac ex interprete somni pro victoria Gedeonis subdit Iosephus: Inter omnes fruges bordeum est sine controversia vilissimum; & inter omnes Asiaticas gentes non facile reperias viliozem, quam hodie sunt Israelite, ut merito conferri possint bordeo. Indicare etiam videtur similitudo canum bibentium: sicut solent canes. Quo in loc. Maluend. Indicium ignaviae (infit) timiditatis, ac trepidationis hoste propinquo. Proverbium usitatum, Canis in Nilo: de quo Erasmus Obliad. 1. Centur. 9. Adag. 80. Aelianus de Animal. lib. 6. cap. 53. Aegyptij canes (ait) fugacissimi sunt, nam cum ea, que in Nilo degunt, timeant; ab his admodum fugitivi sunt: neque, quamvis ad bibendum illuc stit eos atrahat, ferarum Nili metus quiete ipsos potione se compleve finit. Ideo ne quid eorum qua infra aquam degunt, emineat foras, ipsoque oborta gula de ripa in altitudinem abripiat, non inclinatione corporis abiecta incumbunt ad bibendum, sed ut primum ad ripam accesserint, festinant & in transcurfu lingua lambentes, rapiunt: aut certe, ut ita dicam, potionem furantur. Hinc locus alicui quaestit, quid post Mutinensem pugnam ageret Marc. Antonius? dicens: Quod canis in Nilo bibit fugit. Ita Macrobius 2. Saturnal. cap. 2.

Theodoret.

Maluend.

Canis in Nilo, adagium. & quare Aelian.

Macrob.

Iudic.

Aliquando terminus recessus dicitur, terminus a quo adventus.

Petr. Com.

Lyr.

Milites electi, audaciores fuerunt.

Ovid.

Insignis victoria, ubi nullus desideratur.

Sil. Ital.

6. Agre nonnuquam sero contra textum, est d subleis, expositiones. Quomodo desides, ac meticulosos elegit, si dixerat v. 3. *Qui formidolosus & timidus est, revertatur* (uti prescriptum Deuteron. 20. 8.) *recesserunt que de monte Galaad, & reversi sunt de populo viginti duo millia, & tantum decem millia remanserunt.* Cave, ne intelligas De monte Galaad, tanquam terminum a quo recessus; sed intellige locum, a quo illuc venerant, ut focierentur Gedeoni in bellum contra Madianitas: igitur Galaad erat ultra Iordanem, & Gedeon cum exercitu cis Iordanem. Unde sensus est: Reverserunt etiam, qui venerant de Galaad, & ex his & alijs reversi viginti duo millia. Modò in rem: si, qui pavido corde, exactorati; eligendi in expeditionem qui pavidiore erant corde? Nonne fatis, ut in solidum victoria cederet Deo, trecentos fugare multitudinem tantam, comparatam locustarum imbribus, & quatuor potentissimos reges? Satis sane, ut totum gratia divinae tribueretur: ut contigit in diebus Achab contra Benadad, & triginta duos reges illi associatos; electis ducentis & triginta duobus pedilequis Principum Provinciarum: de quo 3. Reg. 20. 15. Electio sic bibentium fuit propter virtutem. *Eos qui lambuerint aquas* (inquit Petr. Comestor in Iudic. cap. 8.) *manu & lingua, existimans magnanimos, separabis. Fortes & robustos, ait Lyr. Egregie fortes ac generosos, Ar. Mont. Seliguntur audaciosos, despectoresque totiusque subsidij, quanvis sitibundi; qui potius hostes, quam sitim extinguere cupiebant, querentes tempus protrahi, ob cupiditatem preliandi, & quasi impatientes ferentes moram vel ex potus haustu, alijs toto annisu atque conatu bibentibus. Ovidius in rem succinuit, 1. de Art. v. 307.*

Discedite segnes, Non sunt hac timidis signa tuenda viris. Victuris, vel morituris non desideratur militibus aqua. Animosiores hi trecentis Laconibus apud Thermopylas (de quibus Herodotus lib. 7.) adversus Xerxis ducem Mardonium strenue decertantibus, etiam fato functis. Unde si de Laconibus plura gloriosas; precipuum illud Marc. Seneca Suasor. 2. *Electi sumus, non relicti: Trecenti sumus: trecenti, sed viri sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis.* Pugnaverunt, vicierunt, sed occubuerunt: in trecentis Gedeonianis contra Madian ne unus desideratus. Retorqueri potest Silius Italic. lib. 7. de Bell. Punic. à v. 225. *Nullum per Fabium è vobis cecidisse licebit: Magnum illud solisque datum quos mittis euntte*

Discedite segnes, Non sunt hac timidis signa tuenda viris.

Victuris, vel morituris non desideratur militibus aqua. Animosiores hi trecentis Laconibus apud Thermopylas (de quibus Herodotus lib. 7.) adversus Xerxis ducem Mardonium strenue decertantibus, etiam fato functis. Unde si de Laconibus plura gloriosas; precipuum illud Marc. Seneca Suasor. 2. *Electi sumus, non relicti: Trecenti sumus: trecenti, sed viri sed armati, sed Lacones, sed ad Thermopylas. Nunquam vidi plures trecentis.* Pugnaverunt, vicierunt, sed occubuerunt: in trecentis Gedeonianis contra Madian ne unus desideratus. Retorqueri potest Silius Italic. lib. 7. de Bell. Punic. à v. 225. *Nullum per Fabium è vobis cecidisse licebit: Magnum illud solisque datum quos mittis euntte*

Nullum per Fabium è vobis cecidisse licebit: Magnum illud solisque datum quos mittis euntte

Iupiter aspexit, magnum est ex hoste reverti.

Gloria Corbulonis iuxta Tacitum 13. *Annal. cap. 39.* fuit victoria ex innumerabili multitudine parta, non quia victoria, sed quia nacta nullo milite amissa. & ex Plutarch. de *Fortun. Roman.* inquit: *Involueratum à Perso & Macedonibus reducens exercitum Paulus Aemilius, & victoria illacrymabili reportata triumphans, fortunam magnificat.* Conctis illustrior victoria Gedeonis, saeculisque miranda; ad quam inter tot strenuos industria virtute milites, ut strenuiores leguntur, qui lingua lambuerint aquas.

Tacit.

Plutarch.

Verf. 5.

7. Iam Tautologia in aperto est. Dum dicitur: *Ut solent canes lambere*, non est intelligendum, quòd proni flexis poplitibus, vel non flexis, sed curvo corpore, facie, seu labris proximis lymphz, cavà vel reflexa lingua biberent, adinstar canum, quod impossibile in homine; sed tantum, quòd non biberent, sicut solent homines, vasa in haustum non habentes, ore aquæ admoto, non solum, ut hauriant poplite flexo, sed inclinato corpore, & cernuo capite usque in aucta. Unde Maluenda ex Hebr. *Lambentium manu sua ad os suum. Qui manu sua lambendo ore suo traherant aquam:* nulla igitur, ut num. seq. videbimus, lingua mentio fit. Plerique Latini codices non habent Manu sua, sed tantum Linguà sua: quoniam hic intellexerunt, quòd supra dictum est, Sicut Canes. Græcus autem habet utrumque, Manu sua, & Linguà sua, ut intelligatur quòd manu aquam raptam in os proieciabant, & hoc erat simile bibentibus canibus; qui non ore opposito sicut boves aquam ducunt, quam bibunt, sed linguà in os rapiunt, sicut etiam isti intelliguntur fecisse, sed cum manu in os aquam projicerent, quam linguà exciperent. Nam & interpretatio ex Hebræo planius id habet his verbis. Fuit itaque numerus eorum, qui manu in os aquam projiciente lambuerant, trecenti viri. Neque enim solent homines ita bibere, ut sine ope manus linguà, sicut canes aquam auriant. Aut verò istis præceptum fuerat, ut hoc facerent: sed cum ad bibendum descendissent ad aquam, multi genu flexo biberunt, quòd facilius & minore labore fieret: pauci verò quia non genu flexo se incurvaverunt, at canes biberunt, sed aquam manu in os iactabant. Hactenus Augustin. in *Iudic. quaest. 37.*

Maluend.

Augustia.

Quid sit libere aquam, sicut canes.

Columell.

Exergasia.

Suppositum expressum.

Tit. Liv.

Periphrasis, & Aynadon.

Maluend.

8. Cur autem si Linguà dicitur, additur *Lambere* cum lingua sit tantum instrumentum ad lictum (unde Columella lib. 8. cap. 7. dicit: *Qui dentibus caret, aut lambunt cibos, vel integros hauriunt.*) opus est nostri propositi. Dicere poteram, ut saepe alibi, usum apud sacros & profanos exprimerem in rem rei instrumentum ut magis clareat adfer per exercitiam. Præter testimonia apposita Tautolog. præced. à n. 26. alia inferam. Homer. 1. *Iliad. v. 278. Humeris curvi, & in pectus contracti.* 11. *Iliad. v. 416. Albis dentibus in curvis mandibulis.* 9. *Odys. v. 354-17. v. 8. Terebro terebrat. Fletu lacrymoso ab oculis.* Eurip. in *Phœnis. v. 1166. Oculis respiciens.* & in *Hippolyt. v. 779. Pensilibus suspensa.* & v. 1236. *Vinculo vincetus.* Sophocl. in *Antigon. v. 108. Armatum armatura.* Virgil. 4. *Aneid. v. 389. Se ex oculis avertit, & aufert.* & 8. v. 61. *Precor supplicibus votis.* Apertius pro argumento Tautologiae Hesiodus in *Theogon. v. 371. Linguis lambentes.* Lucillus *Satyr. 23. Lamberat ore.* Virgil. 2. *Aneid. v. 211. Lambebant linguis vibrantibus ora.* Statius lib. 1. *Silvar. in Epithal. Stell. v. 207. Ore bibat.* Oppian. lib. 2. *Qui Letbes hausserunt ore.* Tit. Liv. lib. 1. de Lupa Romuli & Remi: *Lingua lambentem pueros magister regij pecoris invenerit.* Qui quidem modiloquendi, sive dialecti, iam à nobis expositi alibi, potissimum loc. cit. & *Tom. 3. T. 1. 2. 3. 5. 7. & 10.* Modò occurrit interpretatio per periphrasim idiotismo linguæ Orientalium. Unde *Lingua lambere* idem est, ac lingua gustare, sicut ex testimonijs præfatis arguitur. Qua de causa admisa particula expositiva, quoniam pridem iacebant periodi sine coniunctione (quod schema apud Rhetores vocatur *Afyndeton*, de quo iam egimus *Tom. præced. Tautolog. 8. n. 48-9. n. 30. & 11. n. 4.*) proclive vel difficilia exponuntur. Sic in præfenti, *Qui lingua lambuerint aquas:* Q. d. Qui lingua tetigerint, vel attraxerint aquas: id est, scilicet, nimirum, lambuerint aquas. Patet ex eo quòd sine instrumenti mentione ab aliquibus, ut vidimus ex Augustino, exponitur perodus: quare si additur, solummodò promitur in sensus & sententia claritatem. Apud Maluend. *Qui manu sua sumptam aquam lambebant.* Alij: *Lambentium aquam manu ad os admota.* Alij: *Qui lambebant sua manu ad os suam injicietes aquam.* Ecce in versionibus Afyndeton: additurque uti in textu ab aliquibus *Lingua*, in clariorem articuli expositionem.

9. Eri non displiceat hæcne expositio; aliquid aptius in illam latere cogito. Non additur hic *lingua*, ut denotetur discrimen inter factum & lictum, quoniam fugere labris, & solum lingere lingua, ut canit Ovid. 2. *Fast. v. 416. de Lupa Romuli & Remi* *Et lingit lingua corpora bina sua.*

Et lingit lingua corpora bina sua.

Lam.

Discrimē in ter lingere, sugere, & lambere.

Lambere labijs est lingua fiat (quoniam hoc discrimen nihil ad rem) additur, ut denotentur fortissimi, delecti milites in facinus praclarissimum, aeternitati in templo fama dicendum. Eliguntur in consilium, qui levi refrigeratione potius degustant aquam, quam biberunt. Quare Lingua lambere dicuntur, non quia proprie laudabant; sed quia lingua gustabant de aqua, quasi lamberent. Hinc similitudo, sicut solent canes: igitur hi liquore potius tingunt linguam, quam bibunt. Sicut canes, non ficut boves, uti ex Augustino vidimus. Homines potant, boves bibunt, canes lambunt, ait Solinus cap. 25. Lambere diuturnum est, lambitare rarum, & parcissimum, quasi linguam duntaxat madefaciendo. Sic ergo sensus auctoritatis est. Non separet in praelium, qui largius sitibundi biberint; sed qui os humectantes lympham, quasi canes lamberint aquas. De canibus bibentibus Macrobius ubi supra. Raptu bibere. Aelianus non solum loc. cit. sed lib. 1. Histor. var. cap. 4. Lingua lambunt. Percurrunt & suffurantes bibunt, quantum est rapere iterum atque iterum. Ubi ut vides, lambere dicuntur lingua, non quia sine lingua lambere queant; sed quia non bibunt, dum leviter undam degustant. Pulchra phrae Propertius lib. 2. Eleg. 17. v. 6.

Solin.

Quid est, lingua lambere?

Propert.

Stat.

Quid multi cibi, parca bibunt.

Lucret.

Et liquor amenti fallat ab ore sitim. Quasi ob sitim non biberent, sed guttum fallerent. Hispanice: Enjuagar la boca. Eodem stylo Quint. Calaber lib. 12. vers. 450. Lambebant linguas. Hoc igitur sensu non secedendi in praelium, qui ut ait Statius loc. cit. Anselo ore bibant fontes, sed qui lingua lambuerint aquas: hoc est, qui solum degustaverint, non ad potum, sed refocillationem, linguam unda tingentes, pertusa aqua, & ad os manu, ex qua gustent, quasi lambendo perducta: igitur qui robustiores, magis avidi, calidi & fici, quam frigidi & humidi, sic, ut inter animalia & aves Leo & Aquila, quae raro bibunt, & dum bibunt, sitim lactant; uti observant Aristoteles lib. 8. de Histor. Animal. cap. 18. & Aelian. de Animal. natur. lib. 4. cap. 19. Ex ampliore seu largiore cibi quantitate effluit succus copiosior & humor, Canit Lucret. 5. de Rer. natur. a vers. 868.

Humor item discedit in omnia qua loca cunque Possunt humorem, glomerataque multa vaporis Corpora, quae stomacho praebent incendia nostro Dissipat adventens liquor, ac restinguit, ut ignem Urere ne possit calor amplius aridus artus. Sic igitur tibi anabela sitis de corpore nostro Abluitur.

Ita igitur edaciores, cum alimento abundantiore vapores extinguantur, non fatigantur ab urente siti.

Lambere pro degustare.

Virgil.

Propert.

Pro leviter tangere.

Claudian.

Sidon.

Discrimen lambendi & bibendi.

10 Hic igitur lambere non est bibere, sed praegustare quicquid ori applicitur, quae differentia indicatur Matth. 27. 34. Cum gustasset, noluit bibere: quo patet discrimen inter bibere & gustare. Libata gustu potio, ait Tacit. 13. Annal. cap. 16. Virgil. 1. Aeneid. a vers. 740. expressit aprime:

Laticum libavit honorem Primaeque libato summo tenuis attigit ore. Tum Bitia dedit increpitans: ille impugner haurit Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.

Dido non bibit, dum Bitias se ingurgitavit. Hic haustu pateram solvit illa ore tenuis distinnuit. Propertius lib. 4. Eleg. 7. vers. 10.

Summaque Letheus triverat ora liquor. Id est, primoribus labris praegustavit, quasi tangeret leniter; quod lambere etiam dicitur. Claudian. de Nilo: & Lambit littora Nilus: id est, leniter fluit. Horat. 1. Carm. Od. 22. vers. 7. Quae loca fabulosus lambit Hydaspes. Senec. in Hercul. fur. vers. 784. Sordidum saba caput lambunt colubri. & in Oetao, vers. 1752. Lamberent flammae caput. Virgil. 2. Aeneid. vers. 683. Tactuque innoxia molli, lambere flamma comas. Et lib. 3. vers. 574. Sidera lambit. Claudian. 1. de Rapt. Proserp. vers. 171.

Lambit contiguas innoxia flamma pruinas. Albinov. ad Liviam similiter: Aetherea subiectis lambit & astra comis. Sidonius Appoll. in Gigant. Ajusti Arctois lambere calce rotas. Hinc cum in lingua gustus sit, dum non ad satisfactionem, quod volupe fumitur, dicitur lambi, seu degustari. Horat. de vice dicit l. 1. Satyr. 5. v. 74. Summum properabat lambere testum. Sicut regultari dicitur (vernacule: Sabore arse) ubi est leve, lactat guttum aliquid dulce; uti dum faccharum ore liquamus, vel celigmata (Nostrates: Caramelos,) quae non edendi, nec vorandi gratia, sed lingendi in os mittuntur.

Plaut.

Plaut. in Gafm. Act. 2. scen. 8. vers. 21. Mel mibi videor lingere. Virgil. 10. Aeneid. vers. 560. Piscijve impasti vulnera lambent. Lucan. lib. 1. vers. 330.

Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum. In sacra pagina acceptio invenitur Lob. 39. 33. Pulli eius lambunt sanguinem. Quod totum gustare, vel regustare est. Sive ergo lambere sit pralibare, sive leviter tangeri; notum patet propositum in sententiam Tautologiae: igitur separari iubentur in certamen, non qui bibant, sed qui degustent aquam: non qui se ingurgitent potantes quasi sitibundi, sed qui leviter humectent fauces, quasi lambentes. Non qui biberint, quasi necessitate compulsi, sed voluptate: non qui hauriant aquam, sed qui in refocillationem torrescent labia & linguam. Bapcist. Mantuan. Eclog. 9. vers. 27. distinguunt inter Bivere & gustare, canens:

Lucas.

Funde iterum: potare semel, gustare: Secundus Colluit os potus calefacta refrigerat ora Tertius, &c.

Mantuan.

Totus sensus elucet in Hebraismo Ionathae, Gustans gustavi, de quo modò. Ionathas vel instinctu caelesti, seu assistu divino (exitus acta probarunt) vel juvenili ardore, cui favit Deus, in castra hostium cogitavit irruere, ut aliquid patretur gloriolum, cum solo armigero. Arbitror ex Ionathae tractu, etiam dissimili exitu, Virgilium commixisse audaciam Nisi & Euryali.

—Digne hunc ardorem mentibus addunt Euryale, an sua cuique Deus sit dira cupido? Aut pugnam, aut aliquid iam dudum in cadere magnum, Mens agitat mibi, nec placida contenta quiete est.

Virgil.

Ita lib. 9. Aeneid. a vers. 184. Perge quod cupis, ero tecum ubicunque volueris, dixit armiger Ionathae. Furatur sententias Virgilius a vers. 277. Progreffus ergo Ionathas & simul armiger, rem ita praclare gesserant, ut hinc inde hostes accervatim ruentem, itaque alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat sequens. Virgil. vers. 321.

1. Reg. 14. 7.

Vers. 12.

Hac iter est, tu, ne qua manus se avellere nobis A tergo possit, custodi, & consule longè: Haec ego vasta dabo, & lato te limite aequam. Impastus ceu plena leo per ocella turbans Mole pecus, mutumque metu fremit ore cruento. Nec minor Euryali cades, incensus & ipse Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem. Subit.

In cursu interfectionis Allohylorum, ac incipiente castrorum perturbatione, qua gladius uniuersumque versus in proximum suum; Saul uti tyrannus iussit copias laborare, & a cibo maledictione abstineri, cum in hostes fortius milites irruerent, si refecti invaderent, maxime mensa obvia, igitur saltus scatebat melle, in quod, quia laesus Ionathas, extenuat summam virgae, quam habebat in manu, & intinxit in sacrum mellis, & convertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius Hispan. Bovio in se, porque no veia los bultos de vambre. Hoccine insigne tyranni; praetare Deo illi videtur obsequium, dum excogitat delirium, & sibi derogat gloriae, quicquid detrahitur ab inimicorum caede. Ionathas non audierat aduersionem Saul, de qua monitus, postquam gustavit meliureque dixit: Turbavit pater meus terram. Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto: quantum magis si comedisset populus? Nonne maior plaga facta fuisset in Philistim?

Insigni virgata Ionathae.

Vers. 27.

12 Terra promissionis melle abundat (infit hic Sanctus num. 38.) ille tamen saltus per quem populus insequatur palantes hostes, plenus erat melle. In cavis enim arborum truncis, aut in petrarum scissuris, aut in ipsis etiam terre caavernis passim famuli vres illi regioni apes favor singebant, qui redandantes stillabant melle, illudque late variè diffundunt. Quod etiam nos interdum in Hispania videmus in silvestribus ac confragosis locis, ad quorum radices mellis rivus copiosi decurrunt. Aptè inserti eruditif. Doctor iccirco diei terram fluentem lac & mel: equidem ubertatem feracitatemque telluris, voluptatis hortos, ac possessiones copiam rerum afferentes hyperbolicè Pritel haccine phrae indicabant. Rupes etiam lac fundunt (ait Nazianz. Epist. ad Cardian.) & fontes mel, ac planta oinnis tam culta, quam agreffis mitibus fructibus redundet: cuius scilicet Postarum signenta sunt, cum terram benignitate aliqua utentem indicant. Quod illis fictum, in terra promissionis factum,

Sanct. Quid terra lacte & meli fluunt?

Nazianz.

ut pater hic, & Numer. 13. 24. 28. Quam multa excogitarunt Ethnici! Horat. 2. Carm. Od. 19. à vers. 9.

Horat.

Fas pervicaces est mihi Thyadas,
Vinique fontem lactis & uberes
Cantare rivos, atque truncis
Lapsa cavis iterare mella.

Eurip.

Figmenta
varia Poeta-
rum de bu-
inmodi feli-
citate.

Euripid. in Bacch. v. 142. Fluit verè lacte terra, fluit etiam vino; fluit & apum nebia-
re. Quo Lambinus & Levinus Torrentius roborant hyperbolicam locutionem Horatij.
Epod. Od. 16. à v. 41.

Horat.

Arba beata
Petamus, arva, divites & insulas;
Ubi imputata foret usque vinea,
Germinat & numquam fallentis vermas oliva.
Mella cava manant ex ilice:
Pluraque felices mirabimur.

Tibull.

Tibullus lib. 1. Eleg. 3. v. 45. Ipsa mella dabant quercus. Propert. lib. 3. Eleg. 17. v. 27. &
Ovid. 1. Metam. fab. 3.

Ovid.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant;
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Senec in Oedip. à v. 491. alludens ad prodigia facta in India à Baccho;
Pumice siccò suxit Nyctileus latex;
Garruli gramen secure rivi.
Combibit dulces humus alta sucos;

Seneci

Niveique lactis, canaidos fontes,
Mistaque odoro Lesbæ cum thymo.

Strab.

Strabo lib. 10. Hæc omnia (infit) ex potestate Bacchi credebant cæca Gentilitas, qui hæc flu-
mina scaturirent percussã terrã thyrso: ut etiam canit Homer. in Hymn. de Bacch. & latro-
nib. Claudian. 1. in Rusin. à v. 382.

Claudian.

Subitis messor gaudebit aristis:
Rorabunt querceta favis: stagnantia passim
Vina fluent, oleique lacus: nec murice tinctis
Velleribus quæretur honor, sed sponte rabeant.

Eadem expresit Sidonius Apollin. in Panegy. ad Antemium à v. 135. Hesiod. de Dieb. &
oper. à v. 225. Virgil. multis in loc. Eclog. 3. v. 89. Mella fluant illi. Eclog. 4. v. 27.

Virgil.

Que sit, poteris cognoscere virtus.
Molli paulatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,
Et dura quercus sudabunt roscida mella.

Apollon.

1. Georgic. v. 137. Mellaque decussit folijs. Apollonius lib. 3. Argonaut. refert domum re-
gis Colchorum quatuor habere fontes lactis, vini, olei & aquæ. Dio Chryso. Orat. 35.

Dio.

In India (ait) fluunt non aquæ flumina, ut apud nos: sed hic quidem fluvius lactis est, hic
vini limpidi, alius olei. Fictum etiam de Insula Talga in mari Hyrcano;
& Ptolom. lib. 6. cap. 9. Sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans; sed vicini po-
puli, que gignuntur, attingere nefas: Dijs parata existimantes, Dijsque servanda. Hoc,
quod planè excogitatum ab oculis hominibus, quasi possent sine fudore vefci pane; ab
Helychio, uti videris apud Pier. Valer. lib. 26. Hierogl. cap. 6 tribuitur non atati aureæ,
ut Poætæ, sed anagogicæ æternæ felicitati. Ad futuri sæculi delicias: nam bona illa (infit)
absque ulla sollicitudine, sine dolore, studio nullo, conditura nullius egentia, tanquam
effuso copia cornu suggeruntur; Sub haccine metaphora Christus Dominus Luc. 22. 29.
aflectis dixit: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum, ut edatis &
bibatis super mensam meam in regno meo. Dum suam mensam dixit, summam felicitatem
expresit, qua anima satiata; siquidem apparet gloria. Cecinit Sibylla Cumana ex qua
sumpsit Virginis, quicquid boni dixit præf. Eclog. 4. uti videris apud Sixt. Senen. 2.

Luc. 22. 19

Felicitas
beatitudinis
summa.

Mensa co-
lestis.

Tunc terræ omnipotens fruges mort alibus agris
Reddet inexhaustas frumenti, vini oleique;
Dulcia tunc melijs diffundent pocula cæli,

Sibyll.

Et niveo latices erumpent lacte suaves,
Oppida plena bonis, & pingua culta virgibus.

13 Mel ergo gustavit Ionathas, & confortatus est, quippe manè inuiverat pugnam,
& fortè ieiunus; simulque neciens anathema patris, virgam extendit in florem, qua de
causa mortis reus iudicatus est à Saule: illeque innocens dicit: Gustans gustavi paululum
mellis, & ecce ego morior. Ecce ait, indicando actû, quod actioni proximum. Morior r. Reg. 14.
subdit, quasi querelâ, inquit Abulensis. Hinc Hebr. asseverat amplius interrogatione, dam
legit: Ecce ego morior? Verbum cum participio eiusdem verbi, ut in textu: Gustans gu-
stavi. Vel cum gerundio, ut legitur Caeteram. Pagn. & Vatabl. Gustans gustavi. Vel
cum infinitivo, ut Maluenda: Gustare gustavi; exprimit levitatem, vel parvitatem, additur-
que in propositum, Paululum; quasi ita exiguum, ut mel applicatum ori, non comederit,
sed gustaverit; imò nec gustaverit, sed praguitaverit: hoc est, vix saporem percepit; quippe
quam ita parum, ut quasi ignoraret. Optima Maluenda lectio. Gustare gustavi paucum mel-
lis; quasi gustum gustasset, & non mel discretem dulcore à gustu, Summo tenus attingit ore.
Quid ponderis in summitate capiendum virgæ? Labia linijit, & fapor ferè ante guttum eva-
nuit. Appositè in superioribus dictum: Vidistis, quia illuminati sunt oculi mei; eò quod i. g. u-
stavi paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de præda? Heb. Quod & 30.
gustare gustaverim, quanto magis si comedere comedisset populus? Quo pater discretem non
solum inter comedere & gustare; sed etiam inter comedere usque ad satietatem, & p. ægusta-
re ita parum, ut palato dulcedinis testimonium non veniret. Gustavi brevis de m. l. e. Sep-
tuagint. Brevis sane. Quid tollere quibat summitas virgæ? Altruit Plautus stylum in Castio.
Act. 1. scen. 2. v. 33. Edo domi: foris aliquantillum quod gusto, id beat. Quam distinctionem
etiam signat Seneca de Consol. ad Marciam, cap. 32. In cubiculum se quasi gustaturus con-
tulit, & dimisit pueris, quædam per fenestram, ut videretur edisse prociatæ cæna autem,
quasi iam satis in cubiculo edisset, abstulit. Ita quod pauculum, breveque, dicitur degusta-
tio. Unde Tiberius (à Suetonio in Galb. cap. 4. Augustus) Galbæ dixit adolescentulo: & Tacit.
tu Galbæ quandoque gustabis imperium: seram ac brevem potentiam significam: uti ait Ta-
citus 6. Annal. cap. 20. Floride Plautus in Cistellar. Act. 1. scen. 1. v. 71.

Amor & selle & melle est fœcundissimus:
Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque eggerit.

Nostrates: A probar, a prueba; sed amarum, basta hartar. Hinc ille in Amphitr. Act. 2.
scen. 2. a v. 1. quia collata molestijs & ærumnis in vita, ferè nulla dici potest voluptas;
infit: Satis parva res est voluptatum in vita, præ quam molestum est. & Seneca in
Thyest. v. 595.

Nulla fors longa, dolor ac voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas.

Sic igitur quod parum est, non res, sed rei aliquid dicitur. Lucretius 4. de Rer. natur.
vers. 1073.

Quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsi floribus angat.

Parum utique pro nihilo reputatur: quod patet ex textu in expositionem, tum ex verbo
Gustare, tum quia quod gustavit; traxit in extremitate lanceæ vel sceptri. Patet ludibrium
laborum præbere mel, ut gustetur, & tangatur quasi extremo digito. Cuncta quasi deli-
bata. Abulensis sine Tautologia sententiam profert: Num per mel, quod gustavi, moriari?
Unde dum Vulgatus & alij geminatione demonstrant, tam in gustu, quam in cibo parvi-
tatem indicant.

14 Dubium non est, quod quandoque gustare est comedere: & aliquando pragu-
stare duntaxat. Utrumque in Job. 6. 6. Poterit comedi insussum, quod non est sale condi-
tum? Aut potest aliquis gustare, quod gustavi am affert mortem? Hoc est, potest comedere
aliquis, quod exploratum gustu mortem affert, aut infert? Ita intelligendum illud 4. Reg.
4. 40. Infuderunt ergo socij, ut comederent: cumque gustassent de coctione, clamaverunt.
Mors in olla. Ioann. 2. 9. Ut gustavit architrachelinus. Metaphorice quoad sensum, quippe
ut ait Iobus 14. 3. Guttur escas gustu dijudicat. David Psalm. 33. 9. inquit: Gustate &
videte, quoniam susviti est Dominus. Paulus 1. Thessal. 5. 21. Omnia autem probate;
quod bonum est, tenete. Idem ad Hebr. 6. 4. 5. & 1. Petr. 2. 3. Testimonia ex Profanis
vide Tom. 2. Tautol. 10. à num. 14. In præsentiarum non abutivè, sed proprie: sicut
quum ferrum non penetrat in corpus, carnem tangere, etià vulneret, dicitur. Homer. 22.
Odys. v. 279.

Invicem es-
cedunt.

Invicem es-
cedunt.

Invicem es-
cedunt.

Invicem es-
cedunt.

Extremam autem pellem lefit as.

Super scutum lancea longa bumerum attingit.

Homer.

Quando mel non dalec?

Optimum co dimentum fames.

Senec.

Lucret.

Ezech. 3.3.

Apoc. 10.10

Galen.

Ovid.

Martial.

Virgil.

Unde cera favus, mel ab apibus

Aristotel.

Plin.

Mel non a floribus sed a rore.

Columella Basil.

Ambr.

15 Mel sane dulce, quin alijs sic, alijs vero sic videtur: ut fames urgeat. Unde dicitur Prov. 27.7. Anima furians etiam amarum pro dulci sumet. & Job. 6.7. Qua prius nolebat tangere anima mea; nunc pro angustia, cibi mei sunt. Optimum condimentum fames, & quilibet esca famelicis. Plaut. in Casin. Act. 2. scen. 3. v. 7. Fel, quod amarum est, id mel faciet. Pariter si corpus agrum: quippe tunc, ut ait Seneca. Epist. 109. Isto modo dicas licet, non esse in melle dulcedinem. Nam ipse ille qui est, esse debet ita aptatus lingua, palatoque ad huiusmodi gustum; ut ille tali sapore capiatur, non offendatur. Sunt enim quidam, quibus morbi vitio, mel amarum videtur. Oportet utrumque talem esse, ut & ille prodesse possit, & huic profecturo idonea materia sit. Succinit Lucretius ubi supr. vers. 660.

Hinc, ubi quod suave est alijs, alijs fit amarum, Quippe ubi cui febris hinc superans coorta est, Aut alia ratione aliqua est vis excita morbi, Perturbatur tibi totum iam corpus & omnes Commutantur tibi posturæ principiorum. Utraque enim sunt in mellis commista sapore.

Quare si in melle gustu sano non aliter nisi dulcedo, percurtari oportet, cur apud Ezechielem dicitur de volumine oblato: In ore meo sicut mel dulce. Idem in Apoc. Erat in ore meo tanquam mel dalec. An mel amarum? Fateatur Cicero lib. 5. Epist. ad Attic. Causam signat Galen. de Antidos. inquit: Mel omne vetustum redditur coctione amarum: neque id mirum, cum vel citra cocturam tempore amarum ex dulciori reddatur. & Ovidius 1. Amor. Eleg. 12. v. 9.

Quam puto de longe collectum flore cicutæ Melle sub infami Corsica mist apis. Idem Dioscorides lib. 2. cap. 75. & Cael. Rhodig. lib. 28. cap. 27. 16 De floribus hi arbitrantur mel fieri. Quare Martialis lib. 11. Epigr. 43. Mella iubes Hyblaæ tibi, vel Hymettia nasci, Et thyma Cecropia Corsica ponis apit?

Thymum Atticum in proventum mellis, quia large, dulciterque simul florebit, exillimantur Prisci aprisimam arborem, ut ait Virgilius. Eclog. 5. v. 77. & 4. Georgie. v. 169. Dumque thymo pascentur apes.

Ferret opus, redolentque thymo fragrantia mella. Quod quidem planè falsum. Docet Aristoteles 5. de Histor. Animal. cap. 22. Construunt (inquit) apes favos è floribus, ceram ex lachryma arborum fingunt, mella ex rore aeris. Mel autem non ipsas facere apes, sed rorem cadentem deferre, argumento est, quòd uno, aut altero die cellas melle repletas inveniunt apiarum. Item autumnus mel, postquam detrahitur, non reparatur, cum tamen illo etiam tempore flores proveniant. Sublato itaque melle, & cibo aut nullo exstante, aut exiguo, repeterent certè apes munus mellis conscientia, si ex floribus possint accipere. Quia in Cappadocia carent floribus, & abundant rore, Mel sine favis apes conficere ferunt, ait Aelianus de Animal. lib. 5. cap. 42. Plinius loquens de natura mellis lib. 11. cap. 12. subdit: Venit hoc ex aere, & maxime siferum exortu sublecanis temporibus. Itaque tunc prima aurora folia arborum melle rosida inveniuntur: ac si qui matutino sub die fuerit, antèhas liquore vestes, capillumque concrevetum sentiant.

Sive ille est cæli sudor, sive quadam stlerum saliva, sive purgantis se aeris succus, utinamque esset & purus ac liquidus, & sua natura, qualis desuit primò! Nunc verò è tanta cadens altitudine, multumque dum venit sordescens, & obvio terra halitu infectus, præterea è fronde, ac pabulis potus, & in uterulos congestus apum (ore enim vomunt) ad hac succo florum corruptus, & alveis maceratus, totiesque mutatus, magnam tamen celestis nature voluptatem affert. Suffragatur Columell. ex Celso lib. 9. cap. 14. dicens: Ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella. Vide Senecam Epist. 84. late tractantem. Basilium Homil. 8. Apis (ait) attrahit ore mel, roseum videlicet humorem in persum floribus. Ambrosius lib. 5. Hexaemer. cap. 21. De floribus ceras fingere, rorem insusum floribus ore colligere. Ergo medijs castrorum vallibus humor ille roris infunditur paulatimque processu temporis in mella cogitur, cum fuerit liquidus ab exordio, & coillitu cere, florumque fragrare mellis incipit suavitate. Incoctum profectò apes trahunt rorem, conijcientes in proprios utriusque los, evomunt in favos, & hinc mella contrahunt succum dulcissimum, subtilissimum &

mella

medicum. Ita Nazianz. Orat. 43. & Cyrill. Præf. in Ioann. Virgilius Eclog. 4. v. 30. Rafida nulla dicit. & 4. Georg. v. 1. Acrij mellis celestia dona. Cur celeste donum, confucis Plin. ubi dudum cap. 5. Cael. Rhodigin. lib. 28. cap. 27. & 37. & Ulyss. Aldrov. Tom. 10. de Insectis animal. cap. 2. fufissimè. Nunc in Tautologis.

17 Ergo si melli indita dulcedo, cur inquires, his testimonijs, quasi alienum quid exprimitur? Ita dulcedo infita melli, ut antiqui, quod volupe, mel tantum dixerint, uti videris apud Pier. Valerian. lib. 26. Hieroglyph. cap. 5. & 7. Plaut. in Curcul. Act. 1. scen. 1. v. 11. Et dulci oriundum, melliculo dulci meo. Augustus Mœcenati, ut refert Macrobr. lib. 2. Saturnal. cap. 4. Vale mel gentium, mecule, metuelle. Seneca in Troad. vers. 1008.

Dulce mærenti populus dolentum, Dulce lamentis resonare gentes.

Horat. 1. Carmin. Od. 22. vers. 23. & lib. 1. Epist. 7. vers. 27. Dulce ridentem amabo, dulce loquentem. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. Etiam in Iacris Psalm. 18. 11. Dulciora super mel & favum. Psalm. 118. 103. Super mel ori meo. Cant. 5. 1. Comedi favum cum melle meo. In Scriptura notum adiectivum iungi rebus, quibus maxime notentur, ut Gemmas pretiosas, lux splendida, tenebra obscura, rotas volubiles, de quibus suis locis, Deo bono. In præsentia materia magis in usu, uti videbimus infra. Volumem, quod devorantur, tam Ezechiel, quam Ioannes, erat foris deauratum; sed intus plenum absinthio. Hinc Sanctus subdit: Pilula deaurata simile. & Lucretius lib. 4. de Rer. natur. propriè & aptè à v. 11.

Nam veluti, pueris absinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci flavoque liquore: Ut prurorum atas improbia ludifcetur Laborum tenas, interea perpotet amarum Absinthij laticem.

Ita igitur suave labijs utrique volumen; sed laborant stomacho: dicitur quod devoratum tanquam mel dulce: per Hendiadym translatò substantivo in adiectivum, & modò expressis duobus substantivis: q. d. sicut dulcedo mellis. Ita Lactant. lib. 7. cap. 24. Mellis dulcis. Lucret. vers. 22. Dulci contingere melle. & Dornavius de Pomo in Amphitheat.

Quale Phylifinos Samson problema rogavit, Dulcia cum caso mella leone tulit.

Ovidius 1. Amor. Eleg. 8. v. 104. Impia sub dicit melle venena latent. Hoc est, sub dolore mellis. Similiter in præfati volumine amaricatus est venter, quanvis dulcedo mellis videatur in ore. Ita Ar. Montan. Sicut mel in dulcedine.

18 Aliter interpretari poteris, sumendo adiectivum pro superlativo: non solum q. d. suavis liber, sicut dulcor mellis, sed summè dulcis, vel sicut mei dulcissimum. Ita Plaut. in Asinar. Act. 3. scen. 3. v. 24. O melle dulci dulcor mibi, & in Truculent. Act. 2. scen. 4. v. 20. ampliore epitali, Mel melli dulci dulcor. Petron. in Fragment. metr. 1. Quæ mella propagas dulcia. Homer. 10. Odyss. v. 234. Et farinam & mel dulce. Etiam 24. v. 68. Unguento multo & melle dulci. Hæc enim epitheta exprimunt in re nota exaggerationem suavitatis & dulcedinis; scilicet dulcor summus, excellentissimus, placidissimus palato, ac magnopere voluptuosus. Sic ad testimonium utriusque Prophetæ. Lancinata sunt viscera acerbitate libri, gustui qui fuerat dulcissimus, ori valde suavis, & lingua supramodum appetibilis. Pagnin. in loc. Ezech. Præ dulcedine: igitur supra dulcorum mellis erat in ore voluptas. In sacra pagina quæque optima in suo genere pro adiectivo solent habere patrium casum, Dei videlicet, Angeli, vel cæli. Cætos Dei, montes Dei, vulgum Angelis, poma, & ros cæli, &c. quasi quid divinum nostra excedens. Eodem sensu dicitur de Abrahamo: Princeps Dei es apud nos. Genes. 23. 6. & Virgilius Eclog. 3. v. 37. Divini opus Alimedontis. Cicer. de Orat. etiam: Divinus homo in dicendo. Pharis frequens inter Græcos: invenies in Homero fallidium usque.

19 Adhuc non quefcit animus: & licet dicta non displiceant, tertio, ni fallor, genuinè exponenda testimonia. Facit intelligitur; si adiectivum dulce iungatur volumini, & non melli, subaudita comparationis notâ. Comedi illud (ait Ezechiel) & factum est in ore meo, sicut mel, dulce: id est, dulce sicut mel. Ioannes autem: Erat in ore meo tanquam mel, dulce: dulce, videlicet, tanquam mel. Quæ expositio germana est, & ex visceri-

Virgil.

Mel pro re iucunda.

Macrobr.

Senec.

Horat.

Exprimitur sape adiectivum notum Sandt.

Lucret.

Hendiady.

Dornav.

Ar. Montan

Adiectivum pro superlativo.

Pagn.

Patrius casus etiam. Virgil.

ribus textus. Sic igitur v. antecedit dicitur: *Accipe librum & devora illum, & faciet amaritari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce, tanquam mel.* Ubi, ut vides, mellis non datur dulcedo; sed dulcedo libri confertur dulcedini mellis. Nec caspites, quia vides *Liber & Dulce*; quippe Græcè *Bibliaridion*, quod neutrius generis: de quo argumento plura diximus *Tom. 3. Tautolog. a. n. 34.* Ideo Syr. *Sicut mel dulcis*, & Septuag. *Sicut mel dulcescens.* Redolet stylus Hypallagen: ut *Pluviam imbris*, de quo *Tautolog. antecedit. n. 28.* hoc est, imber pluviae. Daniel 11. 7. *De germinere radicum*: scilicet de radice germinis. Eccli. 34. 5. *Divinatio erroris*: nempe, error divinationis. Idem 1. Tim. 4. 1. *Spiritibus erroris.* Ezech. 1. 15. *Apparuit rota una habens quatuor facies*: videlicet, apparuit una facies in quatuor rotis. Quod constat ex cap. 10. v. 10. ubi: *Et aspectus earum similitudo una quatuor. Similitudo*, id est, species seu forma, de quo infra. Voces etiam apud Profanos intelligendæ per contraria. Calpurn. *Eclog. 5. Campos ovibus, dumeta capellis*, ordo *Solale dabis.* Virgil. 1. *Æneid. v. 566. Solvite corde metum*: puta, metu corda. Et lib. 5. v. 271. *Amisissis remis, atque ordine debilis uno*: nimirum, amisso uno ordine remorum. Sic namque in utroque facto testimonio. *Sicut*, vel tanquam *mel dulce*: hoc est, dulce quasi mel. Ita pulchrâ periphraâ Virgil. 4. *Georg. v. 163.*

Idem. *Alia purissima mella Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.*
Ubi vides *Mella & Nectar dulce*: id est nectaris dulcedo, tanquam mel.
20 Dulcedo mellis patet, sed in ore; & animus fastidit, quia vulneratus præ dulcedine. Similiter amaritudo est in visceribus, convertitur in dulcorem. Res obijciuntur humanæ. Unde nescio quis (estri tribuantur Virgilio in *Carmin. de Fortun.* quod necdum vidi) illustria hæcine protulit verba.

Nec quos clarificat, perpetuo fovet.
Nec quos deseruit, perpetuo premit,
Inconstans, fragilis, per fida, lubrica.
Virgil. *Anima saturata calcabit favum*, ait Salomon *Prov. 27. 7.* & ne fidamus felicitati volubili, dicit cap. 25. 16. *Mel invenisti? Comede quod sufficit tibi; ne forte satiatus evonias illud.* Apuleius *Metam. lib. 2. Dulcem & amarum gustulum carpis: cave, ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrahas.* Quicquid in altum fortuna tulit, tuitura levat.

Senec. *Ima permutat brevis hora summis. Quanti casus humana rotant!*
Ait Senec. in *Thyest. v. 597.* & in *Hippolyt. v. 1120.* Hinc fortuna fingitur in rota apud Vicent. Chartar. de *Imag. Deor.* a fol. 303. & Natal. Comit. 4. *Mytholog. cap. 9.* Nec mirum. In charta humana divina infallibilis ac indefectibilis providentia describitur in rotis, Deo sedente super Cherubim, & his stantibus iuxta rotas, quas coram Ezechiele Deus volubiles designavit: *Rotas istas vocavit volubiles, audiente me.* Priusquam exponam Pleonasmum, supponendum est, apparatus huiusce visionis tam hic, quam cap. 1. symbolum fuisse exercitus Chaldæorum, destructionis urbis, & captivitatis Babylonicæ; ad quam Hebræi adducti, sed reversi. Hinc dicitur *quasi rota in medio rota*; quia exitum indicabant, & regressum, quippe postliminio Israël reversurus in Iudæam, & facile, sicut vertitur rota perfecte spherica; que leviter moveretur, uti volubilis.

Manil. 21 Volubile dicitur, quod facile ad motum. Manilius lib. 1. *Astron. cap. 5. v. 67.* *Tunc silvas & saxa trabens, nunc sidera ducit, & rapit immensum mundi revolvibilis orbem.* Euripides in *Electr. v. 180.* *Pedem volubilem*: in *Bacch. v. 268.* *Lingnam volubilem.* Aristoph. in *Ranis, Act. 3. scen. 1. v. 24.* *Lingua volubilis, numerorumque retortrix.* Id est, flexibilis, huc atque illic agitabilis. Sic Homer. 24. *Iliad. v. 179.* *Currum volubilem.* Hinc quia curvitas rotarum pro spherâ necessaria in volubilitatem, *Curvas dicit rotas, & currum rotundum*, per Synecdochen, 6. *Odiss. v. 58.* & Sophocl. in *Electr. v. 51.* *Ex rotatis curribus.* Exergasia clariore sententiâ Euripid. loc. cit. *Bacch. v. 1064.*

Euripid. *Curvatur ut arcus, aut curva rota, Torno tornata, cursum in orbem citat.*
Virgil. Eodemque sensu Virgilius lib. 8. *Æneid. v. 433.* *Currumque, rotasque volucres.* His constat rota symbolum volubilitatis rerum, uti observat Pierius 39. *Hierogl. cap. 26. & 28.* Quapropter Ezechiel non solum vidit rotas eutes, sed etiam revertentes: non tantum quasi Hebræorum typum in Babylonem cunctiam, sed volubiles, quasi simul è captivitate

Rota mutationis symbolum.

revertentium, quandoquidem uti volubiles, brevi facilitate motu in contraria verti quibant. Dicitur ibid. cap. 11. 17. *Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel, & ingredientur illuc.* Sicut enim ab alto culmine trahuntur res in ima, ita ima elevantur in fastigia ad modum rotæ, ut notavit Soldanus, dum risit captivus, cuius causam expressit, dicens: *Currum contemplantur, eiusque rotas, ut eam alia partes in imum, alia in summum obverterentur*: atque hanc ego insertæ, inconstantisque hominum felicitatis imaginem sentiens risi, quod cum in mentem mihi veniret, quam instabili de re nos superbiremus: tum fieri simul hoc posse iudicans, ut quomodo ex summo infimus sum factus, ita ex humili rursus loco ad prius attollar fastigium. Ita Causlin. ex Cedren. lib. 12. *Symbol. 48.* Unde optime Seneca in *Thyest. v. 612.* infit:

Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium secundis:
Nemo desperet meliora lapsis.
Miscet hæc illis, prohibetque Clotho
Stare fortunam. Rotat omne fatum.
Nemo tam Divos habuit faventes,
Crafinum ut possit sibi polliceri.
Rex Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

Facilis motus fortunæ, & molesta Cedren.

Senec.

Atque secunda pro tentia.

Vide plura in rem apud Delr. hic & in 2. *Comment. & Solorzan. Emblem. 6.* quod omnigenâ eruditione exornat. Consule etiam Senec. de *Vita beat. cap. 28.* ac lib. 6. de *Benefic. cap. 3.* Pier. ubi supr. a cap. 18. & denique Novarin. in *Elect. sacr. lib. 2. cap. 4.*

22 Ad expositionem huius testimonij, quod difficile, si unquam aliud in sacra pagina, præmittenda multa; maxime quippe antilogijs abundat. Quomodo volubiles facilis gyri, & regyri rotæ quibant esse, quæ hic illic, illincque hucque volubiles moveri quibant, dum dicitur cap. 1. 17. *Per quatuor partes earum eutes ibant, & non revertebantur.* Id est, non poterant reverti, vel versari, sumpto actu secundo pro potentia, de quo sapè egimus, & hic *Tautol. 4. a. n. 13.* idem iterat cap. 10. 10. *Quasi rota in medio rota. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur* (ecce volubitas) & non revertebantur ambulantes (negat volubilitatem suppositam, quippe ad locum ad quem ire declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cetera, nec convertebantur. Si in quatuor partes gradiebantur uti volubiles, quomodo eutes sine reversione ibant, id est, motu recto, quod nunquam potest esse per quatuor partes? Implicat simul motus rectus & circularis motus. Per quatuor partes circularis est: motus circularis est voluntarius iuxta Philosophum, quem rotæ habere nequibant, ut per se patet: alitruerque immediate, igitur iuxta voluntatem Cherubim dicuntur moveri, elevati & quiescere. *Cumque ambularent Cherubim, ibant pariter, & rote iuxta ea: & cum elevarent Cherubim alas suas, ut exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. Stantibus illis stabant: & cum elevatis elevabantur.* Ita dicitur a v. 16. & cap. 1. a v. 19. Quid ergo dicemus ad hæc?

23 Fateor, auctoritas, si quæ alia, mentem torquet, & negotium mihi multa cogitanti facefsit, maxime ubi deviat obijciuntur cogitationi AA. illustrium sententiæ. Cum formidine dicam, sed dicam quid cogitavi. Novum iudicabitur; at meliora semper ab alijs expecto, & meam DD. correctioni summito. Suppono hic non proprie, sed metaphorice tantum dici currum: igitur quadriga quatuor rotis constat, ad discrimen vehiculi, seu plausitri; & hic signantur quatuor rotæ, quibus videbatur quadriga, uti observat Alapid. in cap. 1. *Elect. v. 16.* imò in quæst. infir: *Cum Propheta hic & cap. 10. solas rotas nominet, easque sustulit & aperose describat, nec nominet axem, currum, aliaque ad currum necessaria, frustra quis ea confinget. Adde: in his rotis non sedebat Deus, sed in solio supra firmamentum elevato. Ergo non opus erat curru: huius enim usus non est, nisi quis in eo sedeat, eoque vebeat. Thronus ergo Dei independenter a rotis, exprimentibus eius circa inferiora providentiam, quæ independentia vel ab Ethnicis nota, dum eius simulachrum sine pedibus & manibus fingebatur, ut videris apud Chartar. in *Apollin. & Mercur.* indiciturque Daniel. 2. 34. Ex his Pier. Valerian. lib. 32. cap. 22. inquit: *Quod verò manibus, & pedibus careant, vim divinam ostendit, cui nihil horum opus, ut quod facere destinaverit, efficiat. Deus enim simul &**

Innuat, & totum nutu tremefecit Olympum;
Et dicto citius tumida æquora placat.

Cur Deus sine pedibus, & manibus fingebatur, ab Ethnicis

Virgil.

Re-

Referre sententias Expositorum non vacat, maximè cum eorum cogitationibus res frager.

In medio prointer.

24 Per rotas in medio rotarum, nihil aliud intelligo nisi coherentiam ipsarum rotarum inter se in motum, sicut modò videmus in motum horologii, quæ quidem dentibus intra dentes ita voluntur, ut mota una moveantur & reliquæ, & motu contrario. Ita igitur accipiendam In medio. Ioann. 1. 26. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Id est, inter vos. Mai. 6. 5. In medio populi. Exod. 3. 2. De medio rubi: nimirum, intra rubum. Pariter, rota in medio rotæ: nempe, una rota intra aliam per canthos, seu peripheriam, cuius connexionibus, quasi dentibus cohærebant in motum ipsarum quatuor, quibus tota constabat machina. Nec obstat, quòd v. 18. dicitur: Totum corpus (id est, dorsum, canthus) oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor: quia oculi ibi improprie sumendi; scilicet pro cavitatibus, quæ inter se mutuò necdebantur, ut illa coherentia simul & æqualiter moverentur. Ibi comparatio intelligenda sine nota comparationis: quæ de causa Sanctius hic num. 74. infit: Quasi stellata oculis: & Alapide. Ocellis pulcherrimis, quales in cauda pavonis. Hinc Pier. Valerian. duas ponit rotas motu contrario, ut exprimat etiam in circulis coherentiam. Motus verò (ait lib. 39. cap. 39. qui est in circulis, naturâ consideratâ, in causa fuit, ut periti Mathematicarum, contrarietatem hieroglyphicè significare volentes, duos iuxta se contingentes circulos describerent, quales in quibusdam machinis fieri videmus, propter unius incurvationem aduerso motu alterum circumagere Ita ex Aristotele descripsimus.

Pier. Valer.

Non aliter motas concurrere ad oscula vidi, Hinc atque hinc gemina si coere rota. Quæ simulac primis sese tetigere labellis, Pars ea quam primum, quæ veniebat, abijt; Fitque ex concursu facies contraria prima, Machina versa meo qualis in igne fuit.

Aristot.

25 Iam ergo videtur rota in medio rotæ, dentibus intra dentes alterius per extréma, quin axis sit, quia sine adminiculo movebatur nuda Dei huiusmodi machina rotarum, & motu contrario, præut placitum, seu displicitum. Ideo dicitur vers. 17. Spiritus enim vite erat in eis. In horologio igitur videmus chordæ, vel catenula rotam motum habere oppositum motui rotæ volantis. Sic enim rota est post rotam. Iccirò profertur vers. 10. Aspectus earum similitudo una quatuor, quasi sit rota in medio rotæ. Nequibat esse magnitudo æqualis, nec rota inclusa defervire quibat, si una includeretur in aliam: nec esset una similitudo in specie, seu aspectu ipsarum quatuor; igitur continens semper maius contento. Æquales erant, & primam reliquæ sequebantur, quippequàm in illa machina nequibat moveri una, quin moveretur & alia. Ibant euntes, id est, recto itinere, nec reverterebantur: hoc est, tunc non apparebat posse reverti, vel volubiles esse; sed post audiente Ezechiele, Deus vocabit rotas volubiles: igitur sicut ubi primæ motus ducebant, sequebantur secunda, hanc tertia, & hanc novissima; ita quin gyrum faceret, vel volveretur prima rota, volveretur: siquidem instante spiritu in motum oppositum, rota quæ prima, erat ultima, uti videmus in machinis, rotis dentatis: igitur quæ ultima, dum movetur prima, est prima, ubi motus incipit ab ea. Unde Arias Montanus subdit: Ad locum, quem se vertebat caput, post illud ibant, nec circuibant in eundo eas. In quatuor partes moveri quibat, id est, per quatuor partes. Non quia totam esset rotundum, ut aliquibus placuit, & partes quatuor haberet, quibus in orbem volubiles. Quatuor partes dicuntur quatuor stationes rotarum, seu quadruplex illarum situs, qui mota una, mutabatur; igitur mota primâ movebantur ceteræ. Per quatuor spatia movebantur, in sua nimirum quolibet stati one. Non dispositæ rotæ quasi ad currum, axi æqualiter annexæ; sed una post aliam, & iuxta singulas Cherub. Constat, quoniam ni hoc ordine, sed ad modum rotarum currus, duæ posteriores sequerentur priores: & vers. 11. dicitur: Ad locum; ad quem ire declinabat prima sequebantur & ceteræ, nec convertentur: etenim una intra aliam, dentibus moventibus & motis. Quare non convertentur motu converso (Hispanicè: No daban buelta) quoniam cum connexæ essent per cantos in mutuum motum; si spiritu movebantur in oppositum cursum, veniendo in Ierusalem, vel revertendo in Babyloniam, sine regyro semper una rota post aliam. Una erat facies rotarum, ut dixi num. 19. ad illud: Apparuit rota una, habens quatuor facies. Alias, si quatuor facies haberet, non esset rotæ, sed globus. Quilibet rota in suo situ movebatur sine flexu, & cum essent quatuor, invicem hærentes, necesse erat in motu moveri per quatuor partes. Nesciebat Propheta artificium,

Quomodo rota in medio rote cur rus apud Ezechielen.

Cap. 1. 17.

Ar. Montan

Vers. 11.

Cap. 1. 25.

scium, videns rotas sine recurso, recto itinere ire: modò cognoscit volubiles esse; motu faciles; quoniam una, quæ ultima, primò mota, reliquæ verius illam moveri quibat, sicut prius cum irent, mota primâ movebantur & ceteræ. Aliqua prælibamus pro Tautol. 2. Tom. seg.

26 Huiusmodi cogitatio clarebit amplius per symbolum. Diximus visionem signasse transmigracionem Hebræorum in Chaldaam, & etiam regressum, à qua exulabant, in patriam. Dum irent, ibant, id est, recto itinere, exprimentes firmitatem decreti Dei, Hebræos expellentis in Babyloniam: sed quia Deus misericors; reditum in propria artificium rotarum præsignabat, quod ignorabat Propheta: qui iam modò vocat rotas volubiles, quas videbat velociter ire & non reverti; quoniam si rotæ primæ motus traxerat reliquas rotas in signum deductionis Israël; ita quæ fuerat ultima, dum primò mota, traheret reliquas pro Israëlitarum reductione. Nam ergo, quæ persistentes videbantur recto itinere, apparuerunt volubiles divinâ clementiâ; quia præut placebat, traherant, vel traherantur, ducebant, vel ducebantur. Aliqui DD. rotas volubiles dici asserunt, quasi insignis magnitudinis; igitur licet quilibet rota volubilis, maiores facilius propter ambitum voluntur. Alij, Volubiles, id est, voloces, seu volucres. Vide Prado & Alap. hic. Sanctius num. 74. asserit; prius Prophetam non cognovisse rotas ut rotas, quas appellavit Ophim, voce incertâ, quæ vis in interpretatione nominum Hebræorum, invenio Ophim, Volantes; postque cognovit esse rotas, vel volubiles, quod idem est. Unusquisque suo sensu abundat. Nos que possumus, exhibemus. Satis pro litera.

Acceptiones volubilitatis.

27 Eius ergo versiones varie sunt, uti sparimus, ubi opus. Qui linguâ lambuerint aquas. Hebr. & Chald. Manibus aquam ad os suum proiectam, & canum more. Augustin. Suis illam linguâ in manibus lambent. Ioseph. Cavis manibus aquam ori admoderando. Maluend. Lambentium manu sua ad os suum. Qui manu sua lambendo ore suo traherant. Alij apud eundem: Manu sua sumptam aquam lambebant. Alij: Qui lambent manu sua ad os suum injicientes aquam. Regia, & Saa: Qui manu & linguâ lambuerint. Ar. Montan. Qui lambuerint in lingua sua de aquis. Petr. Comell. Qui lambuerint aquas manu & linguâ. Modò ad mores.

Pariter asserunt.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Ex curs.

1 Qui linguâ lambuerint aquas, ad victoriam eliguntur ut validi. Hæc electio cogitata à Michaële, ut nobis sit gloria eius virtute gratia: equidem pro hominum triumpho, atque gaudio, semper descendit de celo. 2 Qui linguâ lambuerint aquas. Non electi qui usque in satietatem biberint, sed qui gustaverint. Gustare indicat ieiunium: & qui ieiunant, eliguntur ad prælium; quoniam in pugnam minorem habent virtutem, qui reficiuntur usque ad satietatem.

3 Qui linguâ lambuerint aquas. Qui sic eliguntur: qui genullexi, amandantur. Illi sedabant sitim; hi querebant satietatem. 4 Obijciuntur reprobi & electi: etenim non eliguntur in schola Christi, qui intendunt pro necessitate luxuriam; sed qui quarunt in necessitate necessarium. 5 De validis inimicis ieiunium parient coronas: qui linguâ lambuerint aquas. Lingua, & tantum lingua, ut clarificat abstinentia: igitur quo gaudet vel levis gustus, per contentiam ignorat stomachus.

DIDASCALIA PRIMA.

MICHAELIS IN HISPANIA APPARITIO

mirifica.

Michael princeps militie Angelice.

1 Dominus Dei Sabaoth Princeps militie gloriosissimus eligitur Michael, excellentia maiestatis, sublimitate honoris, quem merito plaudunt Angelorum civem cives: è celo siquidem expulsi iniquitum, atque in terris conculcavit invidum. Unde

Collaudamus venientes, omnes Omnes celi milites, Sed præcipue Primatem Cælestis exercitus, qui Michael in virtute non contententem Zabulum

Gegg Re: